¶An inſtrumentũ ſententie in quo dicitur uiſo libello litis conteſ.ꝛc̃.probet talia fuiſſe facta.no.Jo.an. Inno.et Hoſti.d.proba.quomã.ſpe.ti.de inſtrumẽ. edic.§.poſtq̃.in fine glo.in cle.litteris.de probat. et eſt concluſio q̃ nõ.tu adde aliã glo.in cle. paſtoralis. de re iudi.in v̊.aſſerente.et quod ibi no.do.car.flo.in ii.q.uide bar.in aut.ſi q̃s.i aliquo.C.õ edẽ.i ult.q.

¶Qualiter amiſſio inſtrumenti ꝓbetur.glo.et doc.

UVA. BHSC. IyR_001

in.c.cum olim.de priuileg.specu.ti.de instr.edic.§.
postq̃.v.ubi aũt.et.§.restat.v.illo quoq;. Et aduer
te quia si ille qui dicit se amisisse instim est honesta per
sona.et concurrunt aliqua uerisimilia.ut puta domus
fuit cõbusta uel alias ꝓpter guerras seu partialitates
derobata.creditur eius iuramento ꝫm bal.in.l.fi.C.
de eden.in ulti.q.qui allegat.l.fi.C.de bo.auc.iud.
pos.z.l.thesaurus.ff.ad exhibẽ.z.l.nõ oẽs.§.a bar
baris.ff.de re mili.et subdit bal.in.d.l.fina.q̃ iudex
debet mandare tali q̃ nunq̃ utaꝫ illo instrumento qõ
asserit se perdidisse.ar.ff.de interrog.acti.l.nõ alienũ
facit.l.fi.C.de fi.instru.et quod no.Jnno.in simili.i
c.perpetuus.eo.titu.

¶An productio instrumenti facta i summario iudi
cio faciat fidem in plenario.do.Anto.q̃ non..in.c.i
de resti.in integ.Jnno.in.c.per inquisitionẽ.de elec.
do.Anto.in.c.cũ dilectus.de ordi.cogni.

¶Obligatus ad dandum copiam seu exemplum in
strumenti dz dare integralit̃.gl.in.c.i.de sẽ.ex.li.vi.

¶Exemplans instrumentũ nihil debet ponere ꝺ suo
no.Archi.iii.q.vii.iudicet.quod intellige ut dixi ꝺ.
per.c.dudũ.de conuer.coniug.

¶Jnstrumenta cause sunt restituenda parti aduerse
quando pronũtiatum est super nullitate processus.ui
de tex.in.c.accedens.primo ut lit.non contes.in.c.i.
de transac.ubi de hoc tex.de confir.uti.uel inuti.cuz
dilecta.tex.z glo.de pac.cũ pridẽ.

¶An parti sit restituendũ instrumentum postq̃ illo
produxit in iudicio.uide specu.titu.de instru.edic.§
nũc dicamus.in fi.tex.uidetur uelle q̃ non.nisi finito
iudicio.in pal.c.cũ dilecta.

¶Jnstrumentũ factũ uerbis non intelligentibus nõ
ualet.dicit bar.in.l.quicquid astringende.ff.ꝺ v. ob.
facit quod idẽ no.in.l.i.e.ti.

¶Subscriptio instrumenti pot eẽ generalis z spẽak.
gl.z bar.in.l.i.§.inter filiũ.ff.de falsis.

¶Valet instrumẽtũ notarii et ei prodest licet postea
ad eũ aliquo iure perueniat illa res super quo factum
fuit.bar.in.l.de eo.§.i.ff.de fal.

¶Jnstrumentũ dicitur clã fieri uel factũ eẽ quando
occultatur ꝑ notariũ qui illud confecit.uide bar.in.l
non intelligit̃.§.tacita.ff.de iur.fis.

¶Tenor instrumenti positus in litteris pape ꝓbat
absq; alia ostensione originalis.dictũ ẽ Archi.vii.q.i
presentium.in fi.zc̃.

¶Jnstrumentũ factũ in publico parlamento ualet si
ne subscriptione testiũ.specu.titu.de instr.edic.§.re
stat.ver.sed cum litteris.

¶An error qui est in instrumẽto presumatur proces
sisse a notario uel a partibus.Jo.an.super data.li.vi
v.tertio constat.pau.i ꝓhemio cle.

¶An uerba narratiua instrumenti faciant fidẽ ꝺ ꝑ
ducentem.do.de ro.conclusi.vi.aliaſ.lxxxvi.Jo.an.
in.c.cum olim.de censi.

¶Pars que produxit instim pot dicere se nolle eo
uti si arguitur de falso.glo.de testi.presentiũ. aliquid
in prealle.c.cum olim.

¶An in instrumento presumantur alia q̃ in eo expſ
sa.uide doc.in.c.ueniens.de renun.

¶Jnstrumentum licet minus solẽne tñ quoq; facit ar
gumentũ.uide Jo.an.i.c.ii.de cler.pegri.

¶Jnstrumentum debet edi cum die et consule quan
do petens vult illud redarguere de falso.gl.de ꝓbati.
tertio.de fi.instru.g.ppetuus.in gl.fi.

¶Contra instrumentũ productũ pot opponi usq; ad
conclusionẽ in causa.Jo.an.in.c.presentiũ.de testi.

¶An postq̃ produxi instrumentuz in iudicio possiz
penitere.glo.et Jo.an.in.d.c.presentiũ.specu.ti.de
instru.edic.§.uidendũ.v.quid si aliqs.

¶An probet instrumentum si primo charte fuit ap
positum sigillũ auten.deinde sit scripta sicut uidi sepe
fieri in curia regis Francie.uide quod no.Jo.an.in
.c.ii.de solutio.

¶Si reprobo instrumentum ex quo non possum cõ
modũ consequi an preiudicet mihi ultra contenta.in
eo.uide Jnno.in.c.cum olim.de censi.

¶Si per statutũ non admittitur probatio contra in
strumentum nisi per aliud instrumentũ.pot tamen ꝓ
bari per testes pscriptio contra rem contentam in in
strumento.bar.in.l.pe.C.de apo.pub.li.x.

¶An si reperiantur plura instrumenta que cantãt de
eadem quantitate et tempore inter easdẽ personas.p
sumantur plures obligationes uel una tantũ.bar.in
l.ii.C.de discus.li.x.et in.l.is qui reus.ff.de publi.
iudi.tex.in.c.cũ Johannes.de fi.instru.

¶Licet instrumentũ sit uetustũ uel corrosum si tñ le
gi potest nõ propterea fidem perdit.no.de cõfir.uti.
uel inuti.cũ dilecta.de fi.instru.inter dilectos.

¶Diuersitas manuũ uel scriptorũ reddit instrumen
tum falsũ.dixi aliquid ꝺ.casus est in auten.de trien.z
semis.§.et q̃ sepe.quem bal.in.l.contractus.C.de
fi.instru.dicit esse singularem.sed similis uidetur in.c
inter dilectos.de fi.instru.

¶An quis pot cõpelli dare instiã sua parti aduerse.
dic q̃ non.de fi.instru.g.perpetuus.z ibi no.sup ver.
omnia.z de ꝓba.c.i.ꝫm Jnno.

¶Si monachus habet instrumenta ptinentia ad ali
um cõpellitur illa reddere Bartho.in.l.i.§.si penes
ff.de tabu.exhi.

¶An et quando est contentio inter partes super in
strumento alteri reddẽdo requiratur plena cãe cogni
tio.bar.in.l.de tabulis.ff.de tab.exhi.

¶Qualiter et quos errores instrumenti pot notari
us corrigere.uide bar.in.l.si librarius.ff.de reg.iur.

¶Jnstrumentũ etiam cancellatum probat debitum
fuisse.bar.in.l.qui tabulas.ff.de fur.Jtẽ probat solu
tionẽ debiti.bar.in.l.itaq; fullo.§.fi.ff.de fur.

¶An producens instrumentũ possit dicere illud fal
sum.bar.i.l.q̃ ignorans.ff.de fal.

¶Si duo instrumenta apparent eodem die confecta
priuatũ.psumitur pcesſisse.dicit bar.in.l.non puto.
.ff.de iure fisci.

¶Jnstrumentũ recognitionis a ptibus facit fidẽ i ea
rum piudiciũ.glo.de elec.cũ uintonien.

¶An sigillũ appositum in istrumẽto facit illud autẽ
ticũ.Jo.an.in.c.ii.de fo.cõpe.li.vi.bal.x.coll.ꝺ pa
ce constan.glo.in cle.statutũ.de elec.in v.sigillo.uide
quod dixi ꝺ.quot mõis instrumentũ dicat autẽticũ.

¶Qua pena puniatur tradens aduersario instiã ec
clesie.no.Jo.an.de simo.q̃relam.

¶An si pronuntiatũ est in uno iudicio instrumentuz
esse falsũ piudicetur in alio iudicio z iter alias psonas
Jo.an.in.c.cum uenerabilis.de excep.Jnno.qui fi.
sint legi.cãm.Archi.iii.q.vi.hec quippe.dixi ꝺ.

¶An instrumentũ sit falsũ in quo notarius scien*er
scripsit falsum.siue circa substãtialia siue circa accidẽ

UVA. BHSC. IyR_001

talia contractus. Jnno. i. c. fraternitatis . de hereti. i glo. i. glo. ⁊ Archidi. ix. di. si ad sacras. Jnno. de of. dele. cum in iure.

¶ An si perdidi instrumentum ex facto aduersarii de beam obtinere in causa. Specu. ti. de instru. edic. §. restat. ver. illud quoq;.

¶ Quare creditur instrumento unius notarii ⁊ non dicto unius testis. Jo. an. in. c. cū dilecti. de elec.

¶ An instrumentū inciſū probet. uide tex. xii. q. ii. apostolicos. Quid de instrumento cācellato nūquid probet. glo. lxxv. di. §. non aūt. i v. euacuatio.

¶ An instrumentum confectum ab uno de capitulo in facto concernente singularem de capitulo probat. dic q̄ non tanq̄ factum a persona suspecta . tex. in ex trauag. Bonifacii. viii.

¶ An stetur iuramento debētis producere instrumē tum si dicit se illud perdidisse. glo. et Laud. in clem. prima de usuris.

¶ An instrumentum confectuz a notario excōicato probet tex. et ibi Archid. no. iii. q. iiii. nullus aliquid de hāti. excōicamus. §. credentes. gl. de sen. excōi. de cernimus. li. vi. §re. de senis. cōsilio. lxxx.

¶ Cuius expensis debet dari copia instrozū produc tozū in iudicio. Jo. an. in. c. cū persone. de priuile. li. vi. glosa in clemen. causam. de elec. i ver. pozzecto. et ibi Laud. et Benze.

¶ An si instrumētum debet extēdi ſm cōsuetudiem aliozum notariozum ⁊ cōsuetudo est diuersa que dēat attendi. no. dns Anto. i. c. cum olim. ò cōsue. ⁊ que tūc i instio possint pōi. uide doc. de solu. si quozūdam

¶ An ualeat productio instrumenti facta parte non uocata. uide tex. iii. q. ix. charte. adde bar. i. l. sed ⁊ si aliam. ff. de consti. pecu. ⁊ bal. i. l. fina. C. qui admi. ab bono. possess. po.

¶ Copia istrumēti procuratozii datur expēsis ꝓdu cēris . q2 dns absēs i cā ē quare req̄ratur mādatum. bar. i. l. ii. i fi. ff. ex q̄. cau. i pos. ea.

¶ An istrumētum probet in quo notarius aliq̄d scri psit ad cōmodum suum. uide Jo. an . i regula cū q̄d. li. vi. i mercu. Hosti. i. c. quoniam cōtra. de probati. bar. i. l. i. ff. de sti. ſ. idē Bart. i. l. filꝰ. §. ii. ff. de fal.

¶ An si in loco rasure sit aliquid scriptum adhibeat nihilominꝰ fides i instio. glo. fi. i. c. cū uenerabil. ò re li. domi. ⁊ i. c. ex lāis. de fi. istru.

¶ Instrumēta ñ sūt ut tribuāt ius sed ut iā tributuz probēt. gl. xxv. q. ii. postea tex. i. c. ex diligēti. ò simo.

¶ An si i instrumēto mutetur littera uel ex atramē to uel mutatione calami dicatur istrumētum falsum. glo. xix. di. in memoriaz.

¶ Qualiter fuit inuētus usus instrumētozum. uide nota. xxv. q. ii. postea.

¶ Sufficit scribere solum principium instii producti i actis. tex. de simo. p tuas.

¶ An uerba enuntiatiua posita i istrumēto faciāt fi dem cōtra cōtrahētes. uide Jnno. i. c. cū inter. de of fi. deleg. et in. c. illud. de presump. gl. ⁊ doc. i. c. abba te. de v. signi. aliquid per Jnno. i. c. fi. de fi. istru. i ad di. glo. i. c. series. de testi. de materia uide i. c. fi. ò suc cess. ab intes. glo. i. c. cū olim. de censi. glo . de prunteg. si papa. li. vi. Jnno. in. c. inter dilectos. de fi. istru. et uide q̄nem positam i regula nō licet. li. vi. aliquid p glo. i. c. ex insinuatōe. de rescrip. Spe. t. de rest. in in teg. §. quis autem. v. huiusmodi. adde glosā. i. q. vii. conuenientibus.

¶ Quid si repiatur instrumētū penes aduersarium uitiatū quod prius erat illesuz. quid faciat iudex. no. Jo. an. in. c. accepimus. de fi. instru.

¶ An i istrumētis debeat attēdi cōsuetudo loci ubi fit instrumētū an uero loci vbi sūt pſone cōtrahētes vide Lau. in cle. sepe. ò v. sign.

¶ An instrumētū ꝓbat noiatos i eo eē tales quales se nomināt. vide Jo. an. in additio. Specu. de instru men. edic. super rubrica.

¶ An per instrumētū ꝓbetur possessio. do. Anto. ò resti. spo. cum uenissent. gl. de pscrip. cū nobis. pau. i cle. i. de sequest. bar. i. l. predia. ff. ò acqui. pos. Bal. x. colla. q̄d sit iuestitura. c. i. ubi uide.

¶ Que dicantur instrumēta cōmunia et que ꝓpria uide no. de fi. istru. g. ppetuꝰ. ⁊. de ꝓba. c. i. i glo.

¶ Aliquando statur instrumento et non testibus. de prescrip. ad audiētiā. in glo. iii.

¶ Eo ipso q̄ in iudicio non admittitur instrmentuz per iudicem intelligitur reprobatum. no. de re iudic. suborta. in glo. penul.

¶ Per instrumentum locationis nō probatur possessio. no. de fi. instru. inter dilectos. ubi tex.

¶ An post conclusionem in causa possint produci in strumenta. uide de fi. instru. cum Johannes heremita et eo. titu. cum dilectus.

¶ In quo differt instrumentū a contractu. uide bar. i. l. si quis legatū. ff. ad. l. coz. de fal.

¶ An apdellatione instrumentozū ueniāt acta . bar. ff. de iure fis. l. in fraudem. §. neq;. et in. l. i. §. editōes ff. de eden. an aūt ueniant testes. uide bar. in. l. notio nem. §. instiozum. ff. de v. sig. Jo. an. in addi . specu. ti. de instru. edic. sup rubrica. ⁊. e. t. §. dicēdū restat.

¶ Quot testiū habeat uim instim. ⁊ an pōt reproba ri. ⁊ p quot testes. no. C. de fi. instru. l. in exercendis et ibi Ly. plene i. i. ⁊. ii. q. ⁊ ibi bar. C. de contrahē. ⁊ cōmit. stip. l. optimā. in glo. testes. ⁊ ibi Ly. in. iii. oppos. no. in aut. de istru. cau. ⁊ fi. §. si uero aliq̄d ta le. in glo. iure. coll. vi. C. ad uelle. l. antique. in glosa credendū. insti. de inuti. stipu. §. itē vbozū. i glo. bar. ff. de testa. l. heredes palam. in pn. specu. ti. de instru. edic. §. restat. v. et nota. bar. ff. quēadmo. testa. ape. l. ii. §. si dubitetur. no. de proba. tertio loco. in glo. fi. circa mediū. de fi. instru. cū Johannes. in glo. instim. et ibi Jo. an. ⁊ moder. de testi. cū a nobis . in glo. scri ptū. ⁊ se. iiii. q. iii. si testes. i glo. magna. dixi aliq̄d ō.

¶ An producens instrumentum cogatur respōdere si vult eo uti. specu. ti. de instru. edic. §. nūc dicamus v. q̄d si actoz. ⁊. §. se. circa pn.

¶ An stetur instrumento uel admittatur ꝓbatio in contrariū. no. C. de proba. l. cū pcibus. in glo . fin. et ibi Ly. no. ff. de v. obli. l. sciendū. ⁊ ibi bar. Ly. in. l. optimam. C. de contraben. ⁊ cōmit. stip. de probat. tertio loco. in glo. fi.

¶ Instrumentum subtractū quot auxiliis petat . no ta. C. ad exhibendū. l. instā. ⁊ ibi Ly.

¶ An instrumēto amisso sufficiat probare amissionē uel sit necesse probare etiam eius tenorē. no. C . d. p ba. l. si de possessione. in glo. fi. ⁊ ibi Ly. in. ii. oppo.

UVA. BHSC. IyR_001

ꝛ.l. teſtium. in glo. penul. C. de teſti. Ly. ꝛ bar. i au ten. ſi quis in aliquo. C. de eden. C. de fi. inſtru. l. i. bar. in. l. apud. eo. ti. no. de priuile. cū olim. in gl. fi. ſpecu. ti. de inſtru. edic. § . reſtat. v. illud quoq; ꝛ ti. ō lega. § . ſupereſt. v. q̄d ſi legatōis littere.

¶ Si inſtrumentū ſit redditū cancellatū debitori nō nocet licet ſit in actis notarii non cancellatū. no. bar. ff. de his que in teſta. delen. l. fin.

¶ Debitor qui amiſit inſtrumenta pōt ea producere in executione ſi ea inuenerit. Ly. in. l. i. C. de condi. indebi. in. iii. oppoſi. ſpecu. ti. de execu. ſen. § . poſtre mo. v. illud aūt. ꝛ ibi Jo. an. idem in additi. ti. de in ſtrumen. edic. § . iii. v. quid ſi.

¶ Inſtrumenta aperta in archiuo publico ſi bene et legaliter cuſtodiantur per publicā p̄ſonam licet nō ha beant ſua ſolennia creditur eis. ſm bal. in. l. exempto C. de proba. ꝛ facit quod dicit bar. in. l. admonendi. ff. de iureiur. bal. in auten. ſi quis i aliquo. C. ō edē. do. Jo. de imo. in. l. ſciēdū. ff. de v. ob. ꝛ i. l. acta. ff. ō re iudi. uide auten. ad hec. C. de fi. iſtru. bal. in rubri ca. C. de fi. inſtru. adde quod dicit Hoſt. in. c. cū cau ſam. de proba. q; ſi inſtīm repitur i regiſtro eccleſie uł lapide illi ſtatur. facit quod notat Innocē. et Jo. an. in. c. i. de probatio.

¶ Quando duo inſtrumenta conueniunt in tēpore ꝛ ſubſtantialibus. licet diſcordent in cortice uerborū nō dicuntur diuerſa. uide Ang. i ꝓſilio ſuo. xxxviii.

¶ Si in inſtrumēto dicitur p̄ſentibus teſtibus. expo nitur. i. intelligentibus. ut no. in. l. i. C. ō erro. aduo. et per hoc p̄ſumitur publicatū ꝛ vulgarizatū alias no tarius qui dixit p̄ſentibus p̄ſumetur dixiſſe falſum. quod p̄ſumi non debet. ita dicit bal. in. l. fideicōmiſ ſa. § . i. ff. de leg. iii.

¶ Quare ſint p̄incipalia ſiue ſubſtantialia inſtrumē ti. uide bal. in. l. contractus. C. de fi. inſtru. do. An. ꝛ do. Jo. de imo. in. c. i. de fi. inſtru. ſpec. ti. de inſtr. edic. § . breuiter cōmemoramus. adde in auten. de in ſtru. cau. ꝛ fi. § . ſed ſi iſtrumenta. gl. in. l. generali. C de tabu. li. x. et in. c. quoniam contra. de proba. et in ſpecu. de inſtru. edic. § . inſtrumentū. quaſi per totuz. marie in v. item q; non ſunt teſtes.

¶ An inſtrumentum guarentigiatū habeat parataz executionē ſm formā ſtatuti ſi continet ea que ſunt cō tra bonos mores. uide Ange. conſilio ſuo. ccxxxviii. quod incipit. uiſo ſtatuto.

¶ Inſtrumentum carens noie pape uel imperatoris eſt nullū. in auten. ut ꝓpo. no. impa. no. glo. ff. ō pac. l. iuregentiū. § . q; fere. ſpec. ti. de inſtru. edic. § . inſtru mentum. v. item q; nō eſt. et ibi no. Jo. an. de quo vi de Ang. i cōſilio ſuo. ccxxiiii. qō incipit. uiſis oibns.

¶ Non pōt pacto renuntiari qō non pōt probari cō tra inſtrumentum ſolutionis niſi per aliud inſtrumen tum. bal. in. l. iubemus. C. de iudic. Ange. i. l. ne q̄ſ q̄. ff. de eden. clarius in. l. pactum inter heredem. in fine. ff. de pactis.

¶ Quot modis inſtrumentum dicitur ſuſpectū. no. C. de proba. l. penul. in glo. et ibi Ly. in fi. ſpec. ti. ō inſtru. edic. § . inſtrumentum. ver. item opponitur q; rabellio qui confecit.

¶ Quo ordine debeat ſcribi inſtrumentum. no. ff. ō pac. l. iuregentiū. § . quod fere. in glo. nouiſſima. no. inſti. de inuti. ſtip. § . item v̄borum. in gl. toto die. C. de tab. l. generali. in glo. fi. li. x. in auten. ō inſtr. cau. ꝛ fina. § . ſed ſi inſtrumenta. in gl. addiciaſ. colla. vi. ꝛ ti. de inſtrumen. edic. § . ii.

¶ An iſtīm uerificetur ex actu facto ſicut ex actu ue ro. uide bar. ff. de acq̄. poſ. l. predia.

¶ Licet in inſtīo ſint uerba de preterito. ut uendidit tradidit ꝛc. uerificatur tamen de preſenti. ut no. bar. ff. ſo. ma. l. poſt dotē. in. i. q.

¶ Si plura inſtīa ſint producta q̄b⁹ credatur. uide no. ff. de teſti. l. ob carmen. § . fi. in glo. numero. ſpec. ti. de inſtru. edic. § . inſtīm. v. itē oppono ō inſtīm.

¶ Quādo inſtīm dicatur nouiť repertū. no. C. ō re iudi. ſub ſpē. ꝛ de excep. paſtoralis.

¶ Si inſtrumentū producitur in p̄bus extraneis an ei credatur. no. Inno. de cleri. peregr. c. inter. no. ſpecu. ti. de inſtr. edic. § . reſtat. v. ſed quia ſi produci tur. Ja. de bel. in auten. de inſtru. cau. ꝛ fi. § . oportet colla. vi. Ly. i. l. cōparationes. i. q. pe. C . de fi. inſtru.

¶ Inſtrumentum apud digniorem debet ſeruari. C de eden. l. procuratoz. no. C. cōi. utriuſq; iudi. l. de i ſtrumentis. ibi Ly.

¶ In quo differt inſtīm a līis. no. C. de iura. calū. l i. in glo. i. ꝛ ibi Ly. in. i. q.

¶ An inſtrumentum rei legate ſit dandum legatarie Spe. titu. de inſtrūm. edic. § . nunc uero aliqua. ver. ſed queritur an heres.

¶ An ſi inſtrumentum fiat de nocte ꝛ in eo dicať ta li die factum ſit falſum. uide bal. in. l. non minorē. C de trāſac. ꝛ ibi do. meus Raphael fulgo.

¶ Si quis vult arguere inſtīm de falſo qualiť dēat proteſtari et que cautela ſit adhibenda. no. Bartho. ff. de fal. l. diuus.

¶ Si inſtrumentum dicatur falſum excipiendo quis probet. ſpecu. titu. de proba. § . ii. v. ix. et ti. de iſtru. edic. § . inſtrumentū. ad fi.

¶ An inſtrumentum ita uetuſtum q; indictio legi nō poteſt ualeat. no. ff. de his que in teſta. delen. l. i. § . ſi conſulto. ubi Bal. de fi. inſtrumen. inter dilectos. § . i. in glo. quia idictionis.

¶ Quod inſtīm dicatur idem. no. de p̄ba. c. i. in gl. ii. de fi. inſtru. g. ꝑpetuus. in glo. fi. ſpec. ti. de inſtru. edic. § . dicendū reſtat. v. ex p̄miſſis.

¶ An inſtrumentum continens repugnantiam uale at. Specu. titu. de inſtrumen. edic. §. iſtrumentū. v. item q; inſtrumentum continet.

¶ An inſtrumentum poteſt produci poſt terminum ꝛ poſt concluſionem in cauſa. no. de fi. inſtru. dilectuſ ii. ꝛ in cle. ſepe. de v. ſig. producendis. ꝛ glo. nō obſtā te. ſpecu. ti. de dila. § . uidenduz. v. item quid ſi data et v. quid ſi datuſ. ꝛ ti. de inſtru. edic. § . nūc dicam⁹. C. de iudi. auť. iubemus. in gloſa. i. ff. de eden. l. i. § . edenda. in glo. ſunt. bar. ff. de optio. le. l . mancipiorū ꝛ. l. admonendi. circa p̄n. ff. de iureiur . adde q; inſtīa poſſunt produci uſq; ad concluſionem in cauſa. de fi. i ſtru. cum Johannes heremita. glo. in. l. officium. ff. ō rei uen. dicit q; poſſunt produci poſt dicta teſtifica ta ſaluo niſi iudex ſtatuiſſet terminū pemptoriū ad p ducenda inſtīa quod pōt. ut. l. oratione. ff. de feri. Itē adde q; elapſo termino adhuc produci poterūt ſi ius aduerſarii non eſt factum deterius. Ly. in. l. ſi ea. C qui accu. non poſ. Ang. in. l. i. § . edenda. ff. de eden. adde qō no. bar. in. l. admonendi. ff. de iureiur.

¶ Regulariter ſufficiunt duo teſtes i inſtīo deſcripti per notariū neq; ſe debent inſcribere. caſus tamen in

UVA. BHSC. IyR_001

quo exiguntur tres. uide in auten. de bereti. que ab in testa. § . si uero absint.

¶ Licet idem instrumentum cõprehendat plura nõ possunt diuersi notarii unicum illud instrumentũ con ficere . no. glo. sup v̊. inuentariũ. i pal. § . si v̊o absint.

¶ Instrumento nõ debet se subscribere nisi ille nota rius qui facto interfuit. unde si unus interfuit ⁊ sit ro gatus ⁊ alter se subscribat non ualet instrumentũ . in aut. de tabel. circa p̃n. col. iiii.

¶ Ad ualorem instrumenti non refert per que uerba rogetur notarius. secundum glo. in auten. de tabel. § nos autem. colla. iiii.

¶ Vacillat instrumentum si notarius dicit se non fu isse presentem etiam si fateatur scripturam suam. i au ten. de tabel. § . i. colla. iiii.

¶ Si notarius perdat officium suũ per hoc nõ uicia tur instũa que ante confecit. glo. in palle. § . i. in fi.

¶ Quid sit protbocollum. uide glo. in preall. auten. de tabel. § . finali.

¶ Instrumentum non debet scribi per notas sed ex tense. et per notas dicitur scribi quãdo una littera po nitur pro sillaba . oẽs quoq; abbreuiationes ꝓbibent ut i ꝓbemio. ff. § . illõ. bar. i. l. luci⁹. ff. de testa. mili.

¶ Licet notarius conficiat instũm inter iudeos tñ ð bet iuocare et scribere nomen dñi nostri Jesu xpi. qz inuocat pro se ſm bar. ⁊ bal. in prohemio. ff.

¶ Valet instrumentũ si scribatur in tabulis eburneis ut. l. ii. § . deinde. ff. de origi. iur

¶ Error latinitatis uel sententie non uiciat instrumẽ tum. uide glo. in. l. Paulus. ff. de sta. bo. adde. xxxv. q. ix. apostolica. in glo. itez. adde q̃ mala ortographia non uiciat instrumentũ. ut. ff. de ma. test. l. qui hẽbat et ibi per do. Benedictũ de plũbino. adde quod dixi supra sub dictione gramatica.

¶ Valet instrumentum sine die si hoc habet consue tudo. ſm Bart. de fuza. i. l. cũ ð cõsuetudie. ff . ð legi.

¶ Instrumenti cõfectio ẽ iure publici ⁊ uolũtarie iu risdictionis. no. in. l. emancipari. ff. de adop. glo. ff. ð sta. bo. l. libertas. ad fi.

¶ Si testis descriptus in instrumento est notorie in habilis uiciat fidez instrumenti. ff. de testa. l. is cui le ge bal. in. l. cassius. ff. de sena. uide Inno. de transla. ex litteris. de excep. pia. li. vi. Jo. an. de sen. excõi. de cernimus. eo. li. quod ego intelligo nisi alii testes eẽnt idonei ⁊ insufficienti numero. tunc enim ꝓpter pmix tionem non idonei nõ uiciaretur instrumentũ. ut no. glo. i. l. i. in fi. ff. quẽadmo. testa. aper. ⁊ uide ibi bar. loquentem circa istam materiam. et glosa pulcra in. c in nostra. de testibus.

¶ An sit necesse probare collatõnem beneficii per in strumentum. uide Pe. in. l. ne quicq̃. § . ubi decretuz ff. de offici. procon. qui dicit collatõnem pape necessa rium esse probare per scripturam nisi casu fortuito es set omissa. C. de testi. l. testium. melius in. c. cum oli iuncta glo. de priuileg. de censi. c. i. li. vi. ubi glo . i col latione inferioris dicitur q̃ magna ꝓbatur per scriptu ram. secus in modica. adde nota. per Cy. in. l. si qua per calumniã. C. de epis. et cleri. ubi queritur an titu lus beneficii probetur per testes uel sit necesse produ cere instrumentum. et quid de clericatu Aadde quod notat dominus Anto. in. c. post cessionem. de ꝓbati.

¶ Eo q̃ instrumentum est uiruperatum est suspectũ ut. l. i. C. de edic. diui adri. tol. glo. in. l. i. ff. de edẽ.

¶ Si instrumentũ est suspectũ propter falsitatem no tarii uel illius persone ad cuius utilitatem fit supplet ex suprascriptione aliorũ notariorum. ſm Bar . in. l. si quis ex argentariis. § . cogentur. ff. ð eden. p illũ tex.

¶ Si notarius dicat hoc est exemplum cuiusdam in strumenti a me confecti an hoc instrumeutum faciat fidem sicut originale. ff. de eden. l. si q̃s ex argentariis § . preter. et ibi dicit Bar. q̃ instrumentum datuz pri a notario non presumit exemplum ſz pori⁹ originale.

¶ Jus debiti non inheret instrumẽto sed est quid ex tra instrumentum. glosa in. l. iii. ff. de pact.

¶ Reddito instrumento uidetur esse remissuz debitũ glo. in. l. iii. ff. de pact. ⁊ ibi concor.

¶ Ex sola inspectõne instrumenti nõ dicitur haberi plena cognitio. quia põt dubitari de verbis. tex. ⁊ gl. in. l. de his. ff. de transac.

¶ Que actio competat contra dolose occultantẽ in strumenta ad aliũ pertinentia. uide. ff. de dolo. l. si q̃s affirmauit. et ibi nota.

¶ Dicens instm falsum et succũbens non repellitur a dicendo illud minus solenne. ff. de peti. here. l. luci⁹ adde gl. in. l. generaliter. ff. de ꝓba.

¶ Si in instrumento dicatur titius martini soluit. i telligitur quondam. ſm glo. in v̊. defuncti. i. l . eius q̃ in prouintiam. ff. si cer. pe. doc. de pigno. cũ contra. ⁊ de testa. c. raynutius. adde no. in. l. ex diuerso. ff . sol. matri. ⁊. l. si tutor. iũcta gl. ff. de in lit. iuran.

¶ Quo ad clausulas in instrumento ponendas. attẽ ditur loci consuetudo. ff. de pigno . acti. l. si pignore. § . finali. et ibi Bartho.

¶ Instrumentum debet scribi lĩis claris ⁊ intelligibi libus sine subauditu in lĩis lingue usitate in loco. ff. ð instito. l. sed ⁊ si pupillus. § . de quo palã.

¶ Instrumentum confectum super gestis ante instru mentum non probat. quia notarius debet esse rogat⁹ de facto post instm uel rpe instũi. bal. ff. man. l. si uero nõ remunerandi. § . si p⁹ creditã.

¶ Resoluto contracto põt agi actione ex eo contrac tu ut instrumenta cassentur. ff. de acti. empti. l. exem pto. § . is qui uina. in glo.

¶ Plus creditur instrumento q̃ testibus i factis an tiquis. ff. de proba. l. census. et glosa magna. c. tertio loco. de probatio.

¶ Si instm cancellatum reperiatur penes debitorẽ inducit presumptionem liberationis. bar. in. l. labeo. ff. de pac. ⁊ ibi bal. plenius dixi s̃. adde nota. in. l. qui cyrographum . ff. de leg. iii. Cy. C. de proba. l. si de possessione. adde do. Anto. de hac materia scribẽtem in. c. ecclesia. ut lite pen. ⁊ ibi glo.

¶ Licet instm cancellatum non facit fidem . probat tamẽ q̃ scriptura intcessit. gl. i. l. quicũq; ff. ð fi. instr.

¶ Si apponitur dies alia q̃ confecti instũi per nota rium committitur falsum sed si per partes preiudicat ipsis non tertio. tex. et glosa. in. l . repetita . ff. de pro batio. et ibi Bartho.

¶ Sufficit edere illam partem instrumenti que facit ad propositum. ff. de testi. l. testiũ. § . idẽ.

¶ In instio põt notarius etiaz ex post facto apponẽ diem ⁊ consulem si ab initio obmisit. gl. C. de no. co. cõpo. l. i. § . quibus. i v̊. addicientes.

¶ Si duo instia repiantur i eadem charta prius scri ptum prius presumitur factum. secundum Bal. in. l. i. C. de no. co. compo.

UVA. BHSC. IyR_001

¶ Exemplans instrumentum uel transferens in aliã linguam. debet conari exprimere fideliter. bal. de no. co. cõpo. l. i. in antepe. col.

¶ Formam publicationis ⁊ exemplatõnis instrumẽti auctoritate iudicis. uide per no. in auten. si quis in aliquo. C. de eden. ⁊ adde q̃ exemplũ sumptũ ab illo met qui fecit instim probat. ut dixi ō per. l. si quis ex argentariis. §. prohibentur. ff. de eden. bar. i. d. aut. si q̃s in aliquo. ⁊ i. l. i fraudẽ. §. neq;. ff. de iur. fis.

¶ In tenor instrumenti possit ꝓbari per testes. bar. in auten. si quis in aliquo. C. de eden. Adde notata de priuileg. cum olim.

¶ Si notarius conficiendo instrumentũ errat cũ scit de errore põt illum corrigere. C. de erro. aduo. l. ii. uide qõ no. bar. i. l. si librarius. ff. de reg. iur.

¶ Si de instrumento debet solui gabella non soluet̃ de apodissa. quia non est instrumẽtũ. ſm bar. i. l. i. C. de iura. calũ. uide no. i. l. i. C. de fi. instru.

¶ Per instrumentũ probatur lapsus tpis. uide tex. in auten. offeratur. C. de lit. contes.

¶ Possunt plures debitores constitui ⁊ describi i eodem instio. uide tex. i. l. eo qõ. C. si cer. pe.

¶ Omne instrumentũ dicitur priuatũ qõ nõ est a tabellione factũ. C. de probati. l. instrumenta. ubi dicit Ly. q̃ priuatũ instim nõ plus probat q̃ unus testis.

¶ Scripture uel instrumento non creditur i ꝓiudicium tertii ⁊ cõmodũ scribentis. C. de ꝓba. l. exẽplo.

¶ Probatio sub tracti instrumenti facit semiplenam fidem de allegato tenore contra subtrahentem. C. de proba. l. si de possessione. ⁊ ibi bar. uide Bar. de iure fisci. l. aufertur. §. i. C. unde ui. l. si qñ.

¶ Sicut dicta testiũ debent reduci ad concordiã. ita dicta unius ⁊ eiusdem instrumenti. bar. i. l. scripture C. de fi. instru. Ly. e. ti. l. i exercẽdis.

¶ Multa sunt noia instiorum uidelicet ibreuiatura. prothocollum. rogatio. et similia. uide per glo. in v. instrumenta. i. l. contractus. C. de fi. instru.

¶ Sicut fit remissio qñq; ad locũ testiũ ut inde recipiatur examinatio. ita aliquando fit remissio ad locuꝫ instrumenti ut uideatur si ibi est autenticatũ ⁊ an sit tale qõ ꝓbet. C. de fi. istr. l. iudices. ⁊ ibi Ly. ⁊ bar.

¶ In instrumento apponitur signũ notarii magis de consuetudine q̃ de iure. in auten. de fi. instru. §. sed si instrumenta. ⁊. §. oportet. C. de assesso. l. fi. ff. de iu. fisci. l. in fraudem. §. quotiẽs. dixi ō.

¶ Si notarius confitetur instrumentũ ab eo factum quod negatur per aliũ uel per alios statur dicto ipsi? potius q̃ comparationi per quã apparet diuersitas. qã lie tpe uariantur. secundum Guil. in. l. comparõnes C. de fi. instrumen.

¶ Si reuocatur in dubiũ an notarius fecit instrumẽtum põt hoc probari per libꝛũ in quo facit notas. docto. in. d. l. cõparationes. qui alle. no. in auten. de tab. §. penul. ⁊ ulti. ⁊ in autẽ. ut ꝓpo. no. impa. §. i.

¶ Stante statuto q̃ instrumentũ non possit reprobari nisi per aliud instrumentũ. poterit reprobari. p qn qꝫ testes qui equiualent instrumento. C. de nõ nu. pecu. l. si ex cautione.

¶ Instrumentum inter alios latũ non probat. C. de po. l. desiderandum per Ly.

¶ Per obligationem instrumenti uidetur obligata res. cõtẽta in instio. C. que res pigno. ob. pos. l. ii.

¶ Quid operetur illa clausula quam notarii solent apponere in instrumentis ex certa scientia ⁊ nõ p errorẽ ⁊c. uide bar. ff. de v. ob. l. qbus.

¶ Non sequitur instrumentum est publicũ quia scriptum manu notarii nisi habeat solennitates debitas. C. qui po. in pig. hab. l. scripturas.

¶ Per traditionẽ instrumenti pignoris uideꝫ pign? remissum. l. creditricem. C. de remis. pigno.

¶ An reus põt petere instrumentũ de exceptiõe sua bar. dicit q̃ sic. ff. de dam. infec. l. si finita. §. elegant. C. de fi. instru. plures apochis. C. de lib. cau. l. sicut datam. de testi. significauerũt. bar. in. l. placuit. C. ō colla. fun. pat. li. xi.

¶ Conuentione partium ubi non sit alterius detrimentum uel deceptio possiunt contrahentes facere q̃ instrumentum scribatur anticipata die. ⁊ sic põt i contractibus fingere. ff. de dam. infec. l. si finita. §. itez ꝓ videamus. et quod ibi no.

¶ In instrumento obligationis realis dies ⁊ consul non exigitur. glo. in. l. in summa. §. idem labeo. ff. de aqua plu. ar. et ibi bar.

¶ In instrumentis debent poni ea que sũt de cõsuetudine. ff. de aqua plu. ar. l. si prius. §. placuit. ⁊ ibi bar. ⁊ si non apponantur habentur pro appositis. ut ibi. et in. l. manumissio. ff. de ma. uin.

¶ Non uitiatur instrumentum ex errore sillabe. ff. ō manu. testa. l. qui hẽbat seruũ.

¶ Ubi instrumentũ recitat plura que se habent ordine succesiuo ⁊ unũ prius altero licet reciret in cõfuso probatur tamen gestum ſm suam uerisimilẽ naturam dicit glo. ⁊ bar. in. l. ꝓdia. ff. de acq̃. pos.

¶ An instrumentũ liberatõis ꝓbet debitũ. uiō bar. in. l. ex ea pte. ff. de v. obli.

¶ De contractu cum aliquo possuꝫ agere ut fiat mihi instrumentum. bar. in. l. ex ea parte. ff. de v. obli. facit. l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de edi. edicto. ⁊ ff. de aqua plu. ar. l. si prius.

¶ Hec uerba confiteor me recepisse centũ pro lata in instrumento non ꝓbant receptionem ante confessiõeꝫ sed in ipsa confessione. ff. de v. obli. l. si ita stipulatus. §. grisogonus. ⁊ ibi bar.

¶ Qõ dicitur notariũ in instrumento debere rogari est uerũ ubi facit instrumentum inter partes. secus ubi nulle sunt partes. ſm bar. in. l. seruus cõmunis ipse. ff. de stip. seruo.

¶ Non ualet instrumentum quod consueuit subscribi manu alicuius officialis deputati si non reꝑiat̃ subscriptum. ſm bar. in. l. ad testamentum. §. si quis ex testibus. ff. de testa.

¶ Instrumentũ bis de recepto confectum de eadem quantitate probat duplicatam quantitatẽ solutã. gl. in. l. ii. C. de discu. li. x.

¶ Licet notario apponere in istrumẽto plures clausulas que consueuerunt apponi licet ptes nõ dixerint qꝫ habentur ꝑ dictis. ff. de ma. uin. l. manumissio.

¶ Qñ testatoꝫ mandat reddi instrumẽtũ quid i hoc instrumento mandato ueniat. uide in. l. huiusmodi. §. si ita. ff. de le. i. ⁊. l. ab omnibus. §. i. e. ti.

¶ Si dubitatur de fide instrumẽti recurritur ad originale et prothocollum notarii. Barth. ff. de leg. ii. l. sempronius proculo.

¶ Si reperiatur instrumentum uel prothocollũ notarii in parte scriptum et constabat eum uelle plus scribere non probat instrumentum nisi apposita sit dictio

UVA. BHSC. IyR_001

ꝛc̄.ſm bar.i.l.ſi is q̄ teſtamentū.ff.de teſta.

¶ Sufficit in inſtrumento apponere ſolū nomē contrahentis quando ex illo ſolo cognoſcitur q̄d habet ſignificare.bar.in.l.i.ff.de li.et poſtu.

¶ Sufficit in inſtrumento ad declarationē alicuius apponere nomē mūis.ff.ō lib.ꝛ poſtu.ꝛ.l. ſi pepcerit

¶ Si notarius cancellauit inſtrumentū ꝛ poſtea ſcribat q̄ per errorem cancellauit inſtrumentum ꝛ poſtea ſcribat q̄ per errorem cancellauit nihilominus inſtrumentum ualebit.bar.i.l.in fraudē.§.i.ff.ō teſta.mi.

¶ Appellatione inſtrumenti comprehenditur teſtmō in.l.ii.ff.quēadmo.teſta.ape.

¶ Inſtrumentum interlineatū uel raſuꝫ pōt publicari ſine interlineatura ꝛ raſura.ut no.bar.in.l.tabulaꝫ §.ii.ff.quēadmo.teſta.aperi.

¶ Aperte dicitur conſtare per inſtrumentū quod colligitur ex uerbis.occulte uero quod ex cōiecturis.ut no.i.l.ſuū filii.§.eū q̄ cyrographū.ff.ō leg.i.

¶ Legato inſtrumento uidetur legata hypotheca inſtrumenti.uide Bar.in.l.ſeruum filii.§.eum qui cyrographum.ff.de leg.i.

¶ Imbreuiatura nihil probat donec ſit ſcripta ꝛ coram partibus publicata.tex.et glo.in.l.fideicōmiſſa §.i.ff.de leg.iii.ꝛ ibi bar.qui dicit q̄ proficit taliſ imbreuiatura ad multa.videlz inē liberos ꝛ ad pias cās

¶ Quando ꝛ qualiter poteſt peti renouatio inſtrumēti.uide plene p Ja.de bel.i auten.ō here.ꝛ fal.

¶ Idez inſtrumentū non pōt inchoari per unū tabellionem ꝛ pfici per aliū etiam in actu ſucceſſiuo ꝛ hūte tractum.glo.in auten.de here.ꝛ fal.§.ſi uero.

¶ Dies inſtrumenti eſt pars inſtrumēti ſicut dies ſolutionis ē ps contractus.ff.de edē.l.i.

¶ An ſuper errore inſtrumenti pōt deferri iuramētū in ſupplementum probationis.bal.dicit q̄ non.in.l.i C.ubi ꝛ aduerſus quos.ubi exigit clarā probationē adde quod no.bar.in.l.impator titus.ff. de ſta. ho.

¶ Unum inſtrumentū dicitur prius alio ratione hore.glo.eſt ſingularis in.l.ſi ex pluribus.ff.de ſolutio. ubi no.uide in.c.ſi duobus.de reſcrip.li.vi.bal. in.d l.impator.dixi ſ̄ ſub dictione hora.

¶ An per unum inſtrumentuꝫ probetur error alterius ſi ſunt ſcripta manu eiuſdem.dic q̄ ſic.per.l.ſēpronius.ff.de leg.ii.ſed ibi loquitur in ſcriptura teſtatoris.de ſcriptura aūt notarii dic ut in.l.ſcripture.C. de fi.inſtru.bal.in.l.impator.ff.de ſta.homi.

¶ Quō cognoſcitur inſtīm originale ab exēplo.bar. in.l.ſempronius.ff.de le.ii.bal.pōit i pal.l.impator.

¶ An inſtrumentum pōt confici ſuper eo quod ē iuris ſicut ſuper eo quod eſt facti.bal.q̄ non.in.d.l.imperator.quia iura non cadunt in ſenſum notarii. nide Inno.de teſti.cum cauſam. In contrarium tamen ō terminat idem Bal.in dicta.l.imperator.

¶ Illi debet reddi inſtrumentum ad cuius cautelam fit.ff.de edē.l.pretor.§.i.ꝛ ille debet ſoluere tabellioni.C.de ero.mili.anno.l.cum ſepe.li.xii.

¶ An ualeat inſtrumentum ſcriptū a notario infami ſumptum de protbocollo legalis notarii qui ſe poſtea ſubſcribit.uide Bal.in dicta.l.imperator.

¶ An inſtrumentum dotale probet matrimoniū. Inno.q̄ non.ō preſump.illud.niſi cū illo inſtrumēto cō currant alia ſimilia.in aut.fra.fi.in princi.Bal.ff.de bis qui ſunt ſui uel alie.iuris.l.filius.

¶ Poteſt per dominū peti ut inſtrumentū reficiatur ſi apparet in breuiatura ꝛ protbocollū.gl. de fi.inſtr. c.pe.bar.in.l.nam ita.ff.de adop.in auten.de here. ꝛ fal.§.i.C.de diſcu.l.ii.li.x.uide Cy.in auté.ſi q̄s in aliquo.C.de edendo.

¶ Inſtrumentuꝫ confici poteſt per uerba preteriti tē poris.ut.ff.de pac.l.emptor.in prin.

¶ Producens inſtrumentum in iudicio ut ex eo aliquid conſequatur pōt poſtea illud redarguere ō falſo ſi contra eum in alio iudicio reproducatur.ut. l.poſt legatum.ff.de bis qui.ut indig.ꝛ ibi plene p bar.

¶ Producens inſtrumentum falſum uidetur cōfiteri contenta in eo eatenus quatenus inſtrumentum ꝑbat ꝛ alias nō.ut.d.l.poſt legatū.ꝛ ibi bar.

¶ Jura que dicunt ſtandū eſſe inſtrumento non abolito non cancellato ꝛc̄.debent intelligi quando nō apparet contradictor.alias dēbit ſuo ordine cauſa agitari. Jo.an.in addi.ſpec.titu.de inſtrumen.edic.§.reſtat.ver.et ſcias.

¶ Si aduerſarius meus lacerat mihi inſtīm meum dum illud produco ſtabitur iuramēto meo quo ad vim probationis.C.de probatio.l.ſi de poſſeſſione.ꝛ talis lacerans debet puniri extra ordinē. ita no. Joan.in.c.accepimus.de fi.inſtru.quod eſt menti tenendum.quia non eſt alibi.ſm bal.in.l.debitores.C.de fi.inſtru.ꝛ ſubdit ibi bal.notabiliter q̄ ſi inſtrumētuꝫ meum repitur penes aduerſarium meū ꝛ duꝫ illud cogitur ad edendum.reperitur in eo aliqua raſura nō ꝑ hoc derogatur fidei inſtrumenti i bis que in eo cōcipi poſſūt etiam ſi ſit in loco ſuſpecto.q̄ ē nōndū bene.

¶ Que ſunt alio tempore geſta nō probant ꝑ inſtrumētū.ꝛ ideo ſi dicatur in inſtīo.titius procurator ſcii promiſit ꝛc̄.ñ per hoc ꝓcurator eſſe ꝓbatur.ſecundū bal.C.de fi.inſtru.ſuper rubrica.

¶ Qualiter debeat fieri inſtrumentum de odorato. bal.in predicta rubrica.

¶ Licitum eſt mihi producere inſtīm falſū contra te ſi produxiſti cōtra me.bal.i.d.rubrica.

¶ Verba inſtrumenti debent de neceſſario ꝓbare ſicut verba teſtiū.hoc ſentit glo.in.l.ſi ex cautione.C. de non nume.pecu.Inno.de ꝓba.quoniā contra.

¶ Si dicatur in inſtīo dedit ꝛ numerauit.intelligit aduerbium tunc.et ideo ſi ꝓbetur q̄ tunc nō numerauit inſtīm redditur falſum.C.ō nō nu.pe.l. aduerſus.facit quod no.bar.ff.ſo.ma.l.poſt dotem.bal.in dicta.l.ſi ex cautione.in.vi.q. adde quod plene dicit bar.in.l.ſingularia.ff.ſi cer.pe.

¶ Si inſtīo dicitur uendidit ꝛ tradidit ita demuꝫ ꝑ dictū inſtrumentū ꝓbatur traditio ſi res erat mobil uel ſe mouens que potuit tūc tradi alias opatur licentiam accipiendi poſſeſſionem impleto tñ quod debet ex parte ſua.ut no.C.de acqui.poſ.l.ii.per Jaco.de are.ꝛ Cy.nec dicitur inſtrumentū falſum.quia iſta v̄ba non ſunt notarii ſed contrahentiū relata per notarium.ut no.ff.de v̄.ob.l.ſciendū. Item dato q̄ eſſent v̄ba notarii ſcripta ſunt de mandato partiū.nam illa v̄ba ſane debent intelligi de traditione mentali que ē ſine ſuo effectu.ut.l.predia.ff.ō acqui.poſ.ꝛ v̄ba notariorū debent ſuſtentari intellectu iure.C.de uſu.l.i. ꝛ bal.in rubrica.C.de cōtrahē.emp.in.xix.q.

¶ Inſtrumentum de v̄bo ad uerbū regiſtratū i actis facit perpetuam fidē etiam ſi perdatur originale.ſm bar.in.l.cyrographis.ff.de admini.tuto.

¶ Si producūtur duo inſtīa eodem die confecta ꝛ ñ

UVA. BHSC. IyR_001

apparet quod est primū ⁊ quod posterius. ⁊ unū facit pro actore ⁊ aliud pro reo. quid iuris. uide quod no. in. l. eum actum. ff. de neg. gest. in glo. fi. bar. insimili. in. l. i. §. i. ff. de bono. pos. ſm tabu.

¶ Instrumenta pñt produci coram notario actorum licet non producantur coram iudice. ut. l. eos. §. sup his. C. de appel. et ibi nota. ⁊ in. l. si finita. §. iuli. ff. de dam. infec. ubi bar. in v. iuxta p̄dicta.

¶ An instrumenta facta a notario putatiuo teneant uide bal. in. l. i. C. de testa.

¶ Fides instrumenti pōt suppleri per testes ⁊ erit p̄ batio mixta ex instrumento ⁊ uiua uoce. bal. in. l. fin. C. de fideicōmiss. allegat. l. si quis ex argentariis. §. i. ff. de eden. ⁊ quod ibi no. Buil.

¶ Si notarius publicauit instrumentū defectuosum an pōt iterum publicare et errorem suū corrigere sua auctoritate. uide bal. in. l. fi. C. de eden.

¶ Si in redditione instrumenti ē controuersia cui ō ber reddi debet pars citari secus si esset certus cui de beat reddi. ſm bar. in. l. fi. ff. de tab. exhi. ⁊ bal. in. d. l. finali. C. de edendo.

¶ Si mille essent instrumenta de eodem facto confecta ⁊ in omnibus concordantia non probant nisi unū factum. ff. de testa. l. unum. idem si discordant in quā ritate sed in omnibus aliis concordant. secus si discordant in loco uel tempore. nam tunc probāt plures sūmas. uide bal. in. l. fi. C. de eden. in penul. cōne. dixi de hoc aliquid supra.

¶ Qui non mandauit notario confici instrumentum non potest petere illius copiam. Inno. in. c. si scripturam. de fide instrumen.

¶ Ille cuius tunc non interest actu confici instrumētum quia tamen poterit in futurū interesse pōt rogare notariū ut de eo conficiat publicū instrumentum. ſm Inno. in. d. c. si scripturam. quod facit ad qōnem si pars vult aliquem actum facere coram iudice ⁊ notarius actorum non vult illud scribere pōt pars aliū notarium cū testibus adhibere ⁊ requirere ut de hoc conficiat publicū instrumentū.

¶ Producens instrumentum licet minus solenne tamen tenetur stare omnibus in dicto instrumento contentis. Inno. in. c. cū uenerabilis. de excep. de censi. cum olim. uide in auten. ad hec. C. de fi. instru.

¶ Si aduersarius in iudicio non p̄ducit instim ſz fūdat se ex instrumēto cōtra se producto quod ego motu proprio dico falsum. nō possum illo me iuuare nisi dicto instrumento fidē apponā per testes. Inno. in. p̄ allega. c. cum olim.

¶ Per instrumentum nō potest probari traditō possessionis nisi fiat in conspectu rei tradite per illa tamē uerba dedit ⁊ tradidit uidetur data licentia intrandi possessionem propria auctoritate. no. bar. in. l. predia ff. de acqui. pos. ⁊ in. l. ii. C. eo. ti.

¶ Si obicio falsitatem contra instrumentum lata sē tentia pro instrumento possum illo uti tanq̄ uero. Inno. in preal. c. cum olim.

¶ Si in instrumēto circa facti substantiā falsitas admiscetur scienter uel ignoranter totū redditur falsum secus si circa circūstantias uel cōfinia. Inno. in. c. fraternitatis. in glo. i. ne pla. uices suas.

¶ Si instim ex forma statuti debet mandari executioni non mandatur executioni nisi in casibus in eo expressis ⁊ qui in instō legi possunt nō in his que tacite ue niunt. bar. in. l. i. in p̄n. ff. de his que in testam. delen. bal. in. l. ubi adhuc. C. de iure dot. ⁊ adde q̄ tale instrumentū non mādatur executioni ad petitōnē tertii licet illius interesit. ar. l. si pro te. ⁊ ibi no. bar. ⁊ Bal. C. de dot. promis.

¶ An de actu negatiuo possit fieri instrumentum. ut de Bal. x. colla. de pace cōstā. sup v. recupaueris.

¶ An ānus dies ⁊ locus sint ponenda in p̄ncipio uel in fine instrumenti. bal. x. colla. de pace cōstā. in ver. pacta. ubi dicit standum consuetudini. quid de noib⁹ testium. uide bal. ubi supra in v. in presentia.

¶ An si in instrumento apponitur dies mensis intelligatur ō mense intrante uel existente. Bal. ubi supra super ver. Januarii.

¶ An instrumentum confectum contra prohibitōnē legis uel hominis ualeat. uide Pau. in cle. i. de excess. pla. doc. in. c. sicut. ne cleri. uel mona.

¶ Quot modis instrumentū dicatur falsus. uide gl. xix. di. in memoriam.

¶ An ubi antiquū instrumentum innouatur dicat nouū uel ātiquū. uide gl. i. c. fi. de p̄cura.

¶ Instrumentū confessionis dotis continet in se tacitam p̄missionē de dote restituenda q̄ ita mandabitur executiōi ex forma statuti sicut expressa p̄missio. bal. in. l. i. §. i. C. de rei uxo. acti.

¶ Si producitur instrumentū ualde antiquū nō habet necesse producēs probare illū qui fecit fuisse notarium uel alias fuisse in quasi possessione notariatus qr ex ipso actu ita antiquo oritur p̄sūptio. no. Inno. in c. ueniens. de iureiur. bal. in aut. quas actiones. circa fi. C. de sa. san. ec. idē bal. i. l. nuptie. ff. de ritu nup.

¶ Si aliquis amisit instrumētum ⁊ petit a notario ut aliud sibi conficiat an debeat ad hoc pars uocari. uide. l. si quis ex argentariis. §. cum autem. et. §. finali. ff. dē eden. et quod ibi notat Bal. et in. l. i. C. ō fide instrumentorum.

¶ Si multa instrumēta sunt scripta in uno libro notarii et in uno solo sit signum ⁊ subscriptio ad omnia refertur et pro omnibus sufficit. Bal. in. l. eo q̄. C. si cer. pe. ⁊ idem in die ⁊ consule. ut. l. si quis ex argēta riis. §. si initiū. ff. de edē. ⁊ ibi bar. plene.

¶ Si plura continētur in instrumēto ⁊ notarius i fine dicat ⁊ p̄dictis interfui ⁊ rogatus scripsi. nō referuntur ista uerba nisi ad ea que eodē die ⁊ loco facta fūt nō ad ea que facta fuerunt ante. ſm Inno. i. c. quoniam cōtra. de p̄ba. in glo. psonarū.

¶ In quo differt instrumentū a contractu. uide bar. in. l. si qs legatū. ff. de fal.

¶ Si staturū dictat stari instrumento guarentigiato ita q̄ nihil pōt opponi etiam in executione an pōt opponi q̄ precium non est solutū sicut opponitur in sniano. in. l. pe. ff. de rescin. uē. ⁊ ibi bal. facit qō no. in. l. ex diverso. §. i. ff. de rei uen.

¶ De expensa facta in recollectione instrumenti. uiō glo. ⁊ bal. in. l. eos. C. de usur. Bar. in. l. plures apochis. C. de fide instru. Jo. an. in. c. accepimus. e. t. et quod habet i. l. si qs ificiatus. ff. depositi.

¶ De materia instrumēti guarētigiati dixi ē sub dictione guarentigia. uide bar. in. l. possessio. §. si possessio. ff. de acqui. pos. idem in. l. i. ff. quod ui aut clam. bal. in. l. licet. C. de repu. here. ⁊ in. l. i. C. de cōfes. et in. l. executorem. C. de execu. rei iudi. ⁊ in. l. si pro te. C. de iure doti. ⁊ in. l. ad probatōnem. C. ō p̄ba.

UVA. BHSC. IyR_001

per dñm Ange. in. l. ait prætor. §. fi. ff. ð re iudi. bar. in. l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de v. obli. in pe nul. ⁊ ulti. qõne. in omnibus ſuprадictis locis uide ð materia inſtrõrum guarentigie.

¶ Inſtrumentũ dicitur falſum ſi dum aliquis eẽt in tormentis notarius ſcripſit taliter ſponte confeſſus ẽ dictũ ẽ bal. in. c. i. §. iurie. de pace iura. firma.

¶ Statuta que uolunt inſtrumenta mandari execu tioni debent intelligi de liquidis ſecus de nõ liquidis doc. in. l. ii. ff. de vbo. obli. ⁊ bal. in. l. ii. C. de execu. rei iudicate.

¶ An inſtrumenta muſica ſint ad diuinas laudes aſ ſumenda. s. Tho. ſecunda ſecunde. q. xciii. ar. ii. ⁊ ibi uide. quare talia inſtrumenta muſica aſſumebantur i ueteri lege et non in noua.

Inſufficientia. Propter inſufficientiã ꝙs remouetur. de ſup. negli. prela. c. i. in gloſa.

¶ An propter inſufficientiam debeat remoueri ma giſter a docendo. hẽtur in. l. i. C. de pfeſ. ⁊ medi. li. x

Inſula. Nomen inſule eſt generale. ſm bart. in l. quo minus. ff. de flumi.

¶ Quid ſit proprie inſula. uide in. l. adeo. §. inſula. ff. de acqui. re. do.

¶ Cuius ſit inſula in mari poſita. uide. ff. de acqui. re. do. l. inſula. ff. de allu. ⁊ palu. l. i. iſti. ð reruz diui. §. inſula. ⁊ ibi glo. i. no. de deci. quoniam. et de ſtat. mo. c. quia in inſulis.

¶ Quot modis dicatur inſula. uide in preal. §. iuſu la. inſti. de rerũ diuiſi. et. l. iii. §. ⁊ facture. in glo. inſu lis. ff. de offi. prefect. uigi.

¶ Quis habeat iuriſdictionẽ in inſulis ⁊ cuius ſint. uide bar. in ſuo tractatu tiberiadis. in ſecundo libro. de inſula ſup v. occupantis.

Inſultus Quis dicatur inſultare ſeu inſultũ facere. no. bar. in. l. reſpiciendũ. § delinquũt. ff. de pe. adde bal. in. c. i. §. ſimiliter. qui. mo. feu. amit. x. col.

¶ Si plures inſultentur ab uno uel a pluribus qua liter puniatur. bar. in. l. iii. §. ſi plures. ff. ð ſepl. vio.

¶ An inſultans ⁊ vulnerans puniatur de ſolo vulne re. Bar. in. l. illud. ff. ad. l. acqui. et in. l. qui de crimi ne. C. de accuſa.

¶ An confundatur inſultus cum uulnere. uide bar. in. l. nunq̃ plura. ff. de priui. delic. eſt glo. ſingul. in p allega. l. qui de crimine. quod no. ad ſtatutũ puniens de inſultu ꝙ ſi ex inſultu deuiatur ad aliquẽ actuz pu nibilem inſultus preambulans confundatur cum dcõ actu. ⁊ ſic ex actu ſecuto tantũ puniatur ⁊ nõ ex utro qꝫ ſm doc. bar. in. d. l. nũq̃ plura. quod intelligo uer ſi incontinenti abſq; diuerſione ad alios actus ſequat percuſſio. ſecus ſi poſt inſultũ retroceſſit ⁊ armis acce ptis percuſſit. pro quo facit qð no. Jo. an i addi. ſpe. de homi. ſuper rubrica. adde oino ea que no. bal. in. l. aduerſus. C. de fur. ⁊ i. l. cũ ancillis. C. de nup.

¶ Inſultus eſt cum ad alium fit ſaltus. et ideo requi ritur motus de loco ad locũ. Ange. in. l. ſi uacantia. C. de bo. uaca. li. x. in. v. charta. ⁊ de inſulto. ſm euz ſingulariter facit mentionem. tex. in. l. fi. C. de iude. et dicit alibi non haberi. uide bar. in. l. i. §. cũ arietes ff. ſi qua. pau. fe. di. ⁊ in. l. reſpiciendũ. §. delinquũt. ff. de pe. ubi dicit ꝙ ſi quis ueniens mecũ me petiat non dicitur contra me facere inſultũ. Adde ꝙ inſultꝰ põt fieri tam per peditem q̃ equitem. ⁊ tam in terra q̃ ſupra. ut. l. i. §. cũ arietes. iuncta. l. quẽadmodum §. ſi nauis alteram. ff. ad. l. acqui. ⁊ intelligitur inſul tus fieri in perſonam quando ſe contingere poſſunt. alias intelligitur fieri ad locum. ut probatur in. c. i. § ſimiliter. qui. mo. feu. amit. quod intellige ſi tantũ ſe appropinquauit ad locum ꝙ proicere poſſit iaculũ et expugnare. ſm bal. in. d. §. ſimiliter. facit. l. quidam. ff. de ſerui. ruſti. pdi. ⁊ l. fi. ff. fini. regũ.

¶ Inſultare aggredi ⁊ aſſalire idem important. bar. in. d. l. i. §. cum arietes.

¶ Inſultus dicitur fieri ad domum alicuius quãdo fit in pertinẽtiis. ſm bar. in. l. itẽ apud labeonẽ. §. cõ uicium. ff. de iniur.

¶ Inſultus dicitur factus cum armis ſi inſultãs ha bet illa ad latus uel ſecum licet illa nõ exercuerit. ar. l iii. §. armis. ff. de ui ⁊ ui ar. ſecundum Bartho. ibi. ſed Bal. ibi contra.

¶ Non ſufficit in accuſatiõe dicere ꝙ talis inſultauit armatus. quia cuz hoc adiectiuũ põt intelligi pluribꝰ modis. accuſatio uel inquiſitio non eſt clara ⁊ certa ⁊ libellus in criminalibus debet intelligi ſtricte. Bal. i l. i. ad fi. C. de v. ſig.

¶ Inſultatus primo ſi percuſſit inſultantem dicitur feciſſe ad ſui defenſionẽ ſi incõtinẽti faciat. ut. l. is qui aggreſſorem. C. de ſicca. ⁊ ibi no. bal.

